Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

centurio intellexerat · si ideo filium dei dixerat · quia iustuo
crediderat · sicut multi iusti dicti sunt filii dei · Quod autem
etiam ipse lucas dixit · uidens autem centurio quod factum
erat · in eo genere inclusit omnia que in illa hora mirabiliter
facta erant · tamquam unum mirabile factum commemo
rans · cui quasi membra & partes erant omnia illa miracula
l am uero quod matheus addidit eos qui cum centurione erant ·
alii autem hoc tacuerunt · cui non apparet ex nouissima regula
non esse contrarium · cum alii dicit · quod alius tacet · Et quod
matheus dixit · timuerunt ualde · lucas autem non dixit
timuit si glificauit dm · quis non eum intelligat timido
glorificasse · Sequitur matheus · Erant ibi mulieres
multe alonge que secute erant ihm agalylea · ministran
tes ei · inter quas erat maria magdalene · & maria iacobi
& ioseph mater · & mater filiorum zebedei · Marcus sic · Erant
autem mulieres delonge aspicientes · inter quas erat maria
minoris · magdalene · & maria iacobi minoris & ioseph mater · & salome ·
Et cum esset in galylea sequebantur eum
& ministrabant ei · & alie multe · que simul cum eo ascen
derant hierosolimam · Inter hos nichil uideo quod contra
rium possit putari · Quidenim interest ad ueritatem quod
quasdam mulieres pariter · quasdam singuli nomen ma
nuerunt · Lucas quoq; ita narrationem contexit · Et omis
turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud &
uidebant que fiebant · percutientes pectora sua reuertebant ·
S tabant autem omnes noti ei alonge · & mulieres que secute
eum erant agalylea · hec uidentes · Unde supioribus duob;
de mulierum presentia satis consentit · quamuis nullam
earum nominatim expimat · De turba etiam que simul